



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Theodori, è terræ aspectu in Deum ascensio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

fidium vectigalium; sterilitatis compensationem; deniq; etiam formidinem audacissimorum; laboris officinam; sedem tempestatum; patriam naufragiorum, theatrum tragœdiarum. Quorum spectaculorum tristitiâ ipsâ lætareris. Siquidem

Suaue, mari magno, turbantibus æquora ventis,

E terra magnum alterius spectare laborem:

Non quia vexari quæquam est jucunda voluptas,

Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est.

Ad hunc modum quidam terras, aquis discriminatas, sunt eum voluptate, contemplati, & verò etiam accensi ad amandum terræ marisque Conditorem. Terra situm considera, inquit Theodoretus, & multiformem eius speciem. Nec enim omnia vel supina, vel plana, aut etiam ardua sunt, sed in montes, silvas & campos tota terra diuisa est. Videas enim, in patentissimis campis, colles in altum surgere; inter montes autem medios, loca prona & plana maris sinus forma sua referre. Sed & ipsos montes, in hominum usus & utilitatem rerum, Conditor distribuit: quos dum vallium precipitijs discrete, hibernis & niualibus aquis meatus struxit, vel alneos; tum hominibus quoque, in iniquis & asperis locis, faciles viarum semitas extendit. Præterea montes quidem fabrorum arti materiam exhibent, campi verò montium cultoribus frumenti copiam & usum retribuunt. Sed & situs ille varius non alio modo, verum etiam intuitum oculos, mirificè delectat. Quæ enim vnâ & eandem formam habent, mox satietatem sui pariunt. Dic ergo mihi, quisnam sit, qui hæc tam pulchrè disposuit? qui tantis facultatibus hæc instruxit, ut tot annorum euolutiones thesaurum hunc non potuerint consumere? quis item ille sit, qui ea, quæ in rerum natura fiunt, firma & immota conseruas?

Amœnitatem hanc terræ multò facit amœniorem eius fertilitas & frugifera beneficentia. Nam quia pecora nobis, pecoribus gramina seruiunt, natura eam herbescente viriditate elegantissimè vestit; virorémque istum mira florum, pomorum, ceraforum, aliorumque fructuum varietate aspergit, ut veluti Phrygio opere distincta, aut picturato peristromate decorata videatur. Sic nihil nobis in terra deest, dum illa liberaliter venusta, & pariter venuste est liberalis: ut huic uni rerum natura partium propter

T

eximia

Lucret. lib 1.

XI.

Theodoret.
serm. 1. de
prouid.

XII.

Plin. lib. 2.
cap. 63.